

vobis eum foras ut cognoscatis quia
 in eo nullam causam inuenio. Exi-
 uit ergo iesus portans coronam spi-
 neam et purpureum vestimentum
 et dixit eis. Ecce homo. Cum ergo vi-
 dissent eum pontifices et ministri cla-
 mabant dicentes. Crucifige crucifige
 eum. Dixit eis pilatus. Accipite eum vos
 et crucifigite. Ego enim non inuenio
 in eo causam. Responderunt ei iudei.
 Nos legem habemus et secundum legem
 debet mori quia filium dei se fecit. Cum
 ergo audisset pilatus hunc sermonem
 magis timuit. Et ingressus est in p-
 torum iterum et dixit ad iesum. Unde
 es tu. Iesus autem responsum non dedit
 ei. Dixit ergo ei pilatus. Michi non lo-
 queris: Rescis quia potestatem ha-
 beo crucifigere te: et potestatem habeo
 dimittere te. Respondit iesus. Non ha-
 beres potestatem aduersum me vlla-
 nisi tibi datum esset de super. Propte-
 rea qui tradidit me tibi maioris pecca-
 tum habet. Et exinde querebat pilatus

